

F W B

A N N O

1 6 6 0

*Handwritten text on the spine edge, partially obscured.*

174887



10/11

W. Nr. 3. 95.

Crocina

mit Mandeln (Käse)

von 2-20/11-23) hier Weiblich.

im Landgrafen Land für Hessen-Cassel  
3. Cass. Kinder Buch.

L. IV. 44.

18  
THEOLOGORVM CATHOLLI-  
CORVM EX ORDINE FRATRVM MI-  
norum, nuncupatorum Capucinatorum.

ACTIO SECUNDA.

*Pro Disputatione, inter praeipuos dissidentes de  
fide Christiana, proposita*

A

CELSISSIMO PRINCIPE

ERNESTO,  
HASSIAE LAND-  
GRAVIO, &c.



*De licentia Superiorum.*

COLONIAE AGRIPPINAE.

Apud PAULUM METTERNICH,  
propè S. Laurentium, Anno 1652.

THEOLOGICVM CATHOLICVM

CONSTITVTIONIBVS PRAESENTIS

SAECVLI

IN

PRINCIPALIBVS PARTIBVS

TRACTATVS

DE

TRINIDADIS

TRINIDADIS

TRINIDADIS

TRINIDADIS

TRINIDADIS

TRINIDADIS

TRINIDADIS



D. Joanni Crocio,  
VALERIANVS

*cum suis Collegis salutem.*



Onsiderauimus tuæ Eruditionis ad iteratas litteras Celsiss. Principis Ernesti responsum, cuius scopum credebamus tibi fore quadruplicem: scilicet;

1. Ponere quatuor theses ad quatuor quæstiones motas à præfato Principe;
2. Probare illas.
3. Confutare quatuor theses positas à nobis, vbi illas probâssemus.

4. Excusare, quòd non veneris ad congressum Francofurtensem.

Noluit tamen tua Prudentia ponere, nedum probare theses suas.

Confutauit quatuor nostras, necdum à nobis probatas.

Pluribus tua Animofitas excusauit, quòd non veneris ad congressum Francofurtensem, accusauit q; prouocationis modum, & circumstantias.

Nos verò seponimus excusationes, accusationes, & argumenta tua, & inquirimus duntaxat rationem, cur nolueris ponere theses postulas à Principe.

Tres priores scilicet positionem propriæ Ecclesiæ, propriæ doctrinæ, & propriarum decisionum articulorum, disputatorum ab ætate Lutheri, distinguis à quarta, cui satisfacere debuerat tua humanitas, ponendo, quid id sit, vnde quilibet & quælibet possint sibi cauere ab erroribus Ecclesiæ docentis.

Tres illas non ponis, velut notas Celsiss. Principi nato, & educato inter Reformatos.

Quartam promittis ponere, & probare, vbi Capucini probauerint Rom. Pontificis primatum in Ecclesia. Existimas enim Celsiss. Principem constituisse hunc ordinem in prioribus litteris suis, quem acceptas: cum verò, quem statuit in iteratis litteris, recusas.

Videris, Croci, velle ex insidijs inuadere inimicum, quòd quidem in pugna corporali est indecorum, in conflictu verò Theologico sapit conscientiam.

scien-

Scientiam propriæ doctrinæ minus solidæ: nimirum oculis tuas, inuasurus theses nostras.

At, inquis, illæ theses fuerant notæ Principi, nato & educato inter Reformatos: hæc excusatio est sine substantia & sine colore: Ergone cogitabas disputare cum Principe? ignorabas tibi esse disputandum cum Valeriano nato & educato inter Catholicos?

Accedit, quod disputaturi ponunt theses, quarum veritas inquiratur. Et quandoquidem aggredieris nostras, cur non exponis tuas?

Scias insuper velle nos, si vos audetis, disputare vobiscum ex ijs, quæ protocolum authenticum habet exarata; subest causa, cur id velimus.

Id porro, quo excusas negatam positionem quartæ thesisi, sapit quoque conscientiam de vestræ doctrinæ difficultatibus; nam, si non vis thesisi illam probare, nisi post disputatam thesisi, positam à nobis, cur saltem non exponis tuam tametsi à te probandam ultimo loco?

Nos enim confirmaturi Pontificis Rom. assertum primatum, cogimur ex Protocolo rescire prius, quid sit id, unde vos cauetis vobis ab hæresibus Ecclesiæ docentis? vos enim speratis, nos neglecto Pontifice Rom. accessuros vobis. At ignoti nulla cupido, quæ propter quamdiu tua circumspecta cautela non ponit theses illas, categoricas præcisas & claras, & præcipuè quartam, tamdiu suspicamur te vereri absurditates, quæ consequuntur vestram de illis doctrinam. Verùm placuerit tuæ Prudentiæ publicare theses illas, non tamen propterea licebit nobis continuare tecum vllum tractatum Theologicum, prohibiti eo titulo, quem tu ipse diuinare potes. Cæterùm nos Capuccini sumus proni in tua obsequia, cui & precamur à Deo salutem plurimam. Actum Coloniae 24. Ianuarij. Anno Domini 1652.

F. VALERIANVS MAGNVS, Capuccinus

F. BARTHOLOMÆVS VVernen. F. F. Cap.  
Guard.

F. BENIGNVS Elbingensis fratrum Capuccin.  
in Archi-Confraternitate C. fixi Cong.  
Colonia.

154887

ULB Halle 3  
002 639 602




5b.

AB 154887

154887







THEOLOGORVM CATHOLLI-  
CORVM EX ORDINE FRATRVM MI-  
norum, nuncupatorum Capucinatorum.

ACTIO SECUNDA.

*Pro Disputatione, inter precipuos dissidentes de  
fide Christiana, proposita*

A

CELSISSIMO PRINCIPE

ERNESTO,  
HASSIAE LAND-  
GRAVIO, &c.



*De licentia Superiorum.*

COLONIAE AGRIPPINAE.

Apud PAULUM METTERNICH,  
propè S. Laurentium, Anno 1652.

